IOHANNES DE ALTA SILVA. PS.-GUALTERUS BURLAEUS. NIGELLUS DE LONGO CAMPO

Tirol (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 199r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Condignam meritis reddere velle vicem
Contra naturam niti muti mores que caninos
Quam sit difficile dicere nemo potest
Semper ab effectu que sint in natura absconde
Nomen ostendit nec latuisse potest

Tumor brunelli de ingratitudine propria

Talia brunellus secum meditatur ab urbe
Parisius statuit mane referre pedem
Ergo valefacto fratribus et flentibus illis
Omnibus exit abit accelerat que gradu
Montis in ascensu positus post tergum relictis
Parisius cernens obstupefactus ait
Sancta maria deus crux christi me benedicat
Hac in valle situs quis locus esse potest
Hec est roma puto magnis circumdata muris
Urbs ita turrita quid nisi roma foret
Atque quid esse potest aliud quam mons iouis iste
Sancta maria deus est ita roma prope
Urbs in qua studui tamen modo nomen ab ore
Fugit et a corde ve michi qualis ego
Ergo domum repetens meis que patri que roganti
Quid nam profitear me studuisse loca
Ne forte tractans me nil didicisse putes
Dicent et sumptus deperysse suos
Ergo recitatur ego nomine quod nescias discam
Ne rudis in patria predicer esse mea
Non nichil illud erit cum nomina certe locorum
Dixero consignatos me tenuisse scolas